



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLUSIO PRIMA.

nus obnubilato dicto. Quum frater eius in Christo Zwins  
glius met ipse fateat, Augustinū dicere non ausum sententiā,  
in sacramento solū panē, solūq; uīnū esse. Iterū dñm meū do-  
ctorē enīxerogo, oēsq; suos, ut quēadmodū de uerbo Dei,  
diuinac̄ ueritate se iactitāt, illud semel in arenā educāt dispu-  
tatoriā, tēpus est eīm alioqui me noscāt illis nō crediturum.

D. OECOLAMPADIVS.

Probū uos & dilecti Christiani. Exopto seruare, neor̄ fa-  
uorabilit̄ dñor̄ ordinationem, & hoc semel pro semper, &  
nūc in particula sacramēti, eam ob caussam hoc faciens, con-  
testando me Christianæ ecclesiæ amatorē, etiā si mundus me  
ex libro uiuentū delere affectaret, tūc ad ueritatis Deū bene-  
fidam, me non deleri coram sua facie, id nobis ipse concedat.  
Ideoq; neq; præposterus ordo D. Ecki. Fatemīni sacramen-  
tum esse ecclesiæ. Respondit D. Eckius, ita. Sacramentū est  
sacrum signum. Respondit Eckius, ita. Quodlibet signū ali-  
quid designat. Respondit Eckius, ita. Quod erit nunc illud  
signum. Respondit Eckius. Species panis & uini. Quid uos  
nominatis speciē panis & uini, uerū materialē panē, uel acci-  
dētia. Respondit Eckius. Signū in sacramento esse speciem  
panis & uini, & certo quū substātia panis trāsmutat, tūc sunt  
accidētia, & circūstātē que uidemus, cōtractam⁹, gustamus.

Oecolampadius dixit. Hic uobis propter Deum supplico  
hoc docete unico scripturæ uerbo. Eckius. Et si doctor sicut  
socius suus barbatus Bouillus se iactitauit scripturæ & uerbi  
Dei, adhuc tamen nullæ scripturæ emergunt, & alijs homini-  
bus hoc oneris allegandi scripturas imponit, laus Deo adhuc  
apud nos in ecclesiæ parte scripturas quāri. Dilucidæ sunt  
itaq; scripturæ, dñm Ihesum dixisse, Matth. xxvi. Cœnanti-  
bus eis, accepit Ihesus panem, benedixit, fregit, deditq; disci-  
pulis suis, dicens. Accipite & comedite. Hoc est corpus meū.  
At quum dñs Ihesus diuina ueritas, post benedictionē aiat.  
Hoc est corpus meum, cui cōtra Christū credēmus non esse

G

## COLLATIO VI.

corpus suum. Audistis dñe doctor pro me scripturas, unicū tamen iota adferte ex sacris literis pro uestra opinione, si nulias habetis illas Zwingli accipite, quas dominis meis nūtijs consulū laudandi fēderis Heluetiorū hesterno die huc misit, ad quas ego sic Christiane respondebo, ut non diffidā dños meos gratiosos, quemlibetq; probum Christianū satiāndos,

Oecolampadius, D. Eckī scripturas induxit, non hoc firmantes, quod a uobis exposco, ubi nam̄ habeatur accidentia esse sacramentū siue signum. Scio huius uos omni scriptura carere, uester met Roffensis, ceteriq; fatentur, hoc sacris literis non posse sufficienter probari, expressè scriptura pā nem nominat ante & post, nec accidentia nominat panis, qđ hoc uerbulū hoc, uel grāce tuto panem indicet. Postea enim Paulus tertio panem nominat, uosq; substantiā panis auferitis, huius scripturas exposcimus & responsionem.

### D. ECKIVS.

**A**Dhuc nullas scripturas uerbi Dei, ex doctore habere possum, ipse uero quia axtimat sacras literas per me adductas insufficiētes ad probandum, de accidentib; panis & uini. Primo dico textū esse clarū & apertū, Accepit Ihesus panem, ubi proculdubio & panis accidentia adfuerunt, postea uero dñs illud nominat corpus suū dicens, Hoc est corpus meum, non dicit, hoc est panis quem pīnsit pīstor, ideoq; & illa duō adesse oportebat, corpus Christi, & quā uiderū speciē panis.

Quod de nostro Roffensi ultra deducit confiteri eum scripturis probari non posse, hanc transmutationē Roffensem dico bene, recteq; loquitū, contrapertinacem & repugnacem, nullas haberi expressas scripturas, affirmantes substantiam panis in sacramento non manere. Illud aut̄ doctor celat Roffensis dictū in defensione regis Angloꝝ, locū Euāgelicū per me iam adductū, cui libet Christiano sufficere, quū dicat, Accepit Ihesus panē, addiditq; post hęc, Hoc est corpus meū.

Tertio, doctore uolente panē esse, & S. Paulū ter panem nominasse